[Mr. Paul Sagot called at the Assay Office & wrote this. Sept. 4th 1866

Ego sum botanicus, bene notus in Museo Parisiensi. Multis annis vixi in Guyanâ, ubi plantas collegi. antea in Galliâ, postea in Canariis plantas collegi.

Sum nepos defuncti Delile, flora Egyptiacæ auctoris, qui olim in Carolinâ meridionali paucos per annos vixit, et cognovit illustrem Michaux.

Fortunâ favente in civitatem New York ductus, cupivi salutem dare cel. torrey.

cupio scire si in New York sint nonnulli botanici juvenes, plantas in campo colligentes, et plantas siccas cum amicis communicantes.

Cognosco bene in Europa plurimos botanicos, cl. cl. brongniart, decaisne, decandolle, bentham, cosson, Jordan, Lenormand.

--- &.

Si est in New York botanicus studiosus in plantas siccas mutuo commercio communicandas, aut in semina utilia arborum et leguminum communicanda, cum multo gaudio in litterarum commercio ~~pa~~ cum ipso manere me juvat, et semina aut plantas siccas per mare in Europam ducere.

P. Sagot
medicus in tampico
nave classis transatlanticae

Nunc eo in Vera Cruz, ~~ubi~~ unde navis gallicos milites in galliam reducet.

habitat familia meâ in Galliâ
(département Yonne)
à Coulanges-sur-Yonne

[P. Sagot Surgeon Steamship Tampico, Pier 47 North River
Care of Mr. Mackenzie.]